



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 73. Postulata Legatorum ad Oratores, ac horum responsa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

permitterentur, si deficerent Catholici: Sæcul. XVI.  
 cum sola horum capitum propositio Au- A.C. 1562.  
 gustissimum Cæsaris nomen hominibus,  
 ac Synodo infensum redderet: verum  
 Dracovitus adjecit, quod, quam-  
 vis Præfides hæc postulata æque ac  
 alia, quale est illud de Cardinalium  
 numero ad viginti sex redigendo, a Pa-  
 tribus rejicienda præviderent, nihilomi-  
 nus ea Synodo proponere deberent, ut  
 Cæsarem, ejusque petita a se plurimi  
 haberi palam facerent.

§. LXXIII.

*Postulata Legatorum ad Oratores,  
 ac horum responsa.*

Ex diversis hisce tam Cæsareorum, *Pallav. c. II.*  
 quam Gallorum postulatis Legati *n. 7. & 8.*  
 haud temere conjiciebant, quod nec *& 9.*  
 hi, nec illi emendationem sincero ani-  
 mo desiderarent, sed potius Synodi pro-  
 rogationem exoptarent, ut eo securius  
 privata sua consilia exequi possent: qua-  
 propter per Musottum, qui Cardinali  
 Seripando a secretis erat, Gallis Ora-  
 toribus hæc responderi jusserunt: "Po-  
 stridie Theologi incepturi agent de Or-  
 dinis Sacramento; quo ab illis abso-  
 luto, inchoabunt Patres deliberatio-  
 nem de iis, quæ ad illud Sacramen-  
 tum spectant: ast inter utrumque opus  
 tantum temporis elabetur, quantum  
 „ad

Sæcul. XVI. "ad Gallorum Præfulum adventum sa-  
 A.C. 1562. "tis erit : Insuper antequam de morum  
 "emendatione leges proponerentur, illæ  
 "Oratoribus exhibebuntur, ut ipsi pos-  
 "sint significare, quid ipsis occurreret,  
 "sive ex propria sententia, sive ex suo-  
 "rum Principum mandatis : interim  
 "vero ea capita iidem scripto exhibeant,  
 "quæ idonea existimabunt, ut de illis  
 "maturius deliberari valeat.

Ad hæc ita respondebant Oratores :  
 "nequaquam impedituri sumus, quo-  
 "minus Patres de articulo, qui excu-  
 "tiendus proponeretur, agere possent,  
 "unice tamen rem non adeo festinanter  
 "urgeri petimus, ut Gallis adventanti-  
 "bus jam omnia confecta forent, de  
 "cetero autem nihil nobis circa emer-  
 "dationem speciatim addendum super-  
 "est, cum illam in Patrum studio, ac  
 "prudencia reposuimus, quamquam de  
 "ea haud mentionem fieri consulamus,  
 "priusquam Franciæ Prælati adveni-  
 "sint : nihil ergo nobis reliquum est,  
 "quod proponeremus, præter ea, quæ  
 "in Regis nostri libello Legatis tradito  
 "continentur, si tamen quicquam ultro  
 "proponi oporteret, id potissimum esset,  
 "ut veterum Conciliorum Sanctiones  
 "innovarentur, ac Religiose custodi-  
 "rentur."